
323

C


51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
323 C 51




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
323 C 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
323 C 51



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
323 C 51



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
323 C 51



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
323 C 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
323 C 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
323 C 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
323 C 51

KW 323 C51.

37.

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS DE ACCUSATIONIBUS DELATIONIBUS ET INSCRIPTIONIBUS.

QUAM

ANNUENTE DEO TER OPT. MAX.

Ex Auctoritate Magnifici Rectoris

D. PHILIPPI REINHARDI VITRIARII,

J.U.D. ejuſdemque Facultatis Profeſſoris Ordinarii,

NEC NON

Ampliſſimi Senatus Academici Conſenſu, & Nobiliſſimæ Facultatis JURIDICÆ *Decreto*,

PRO GRADU DOCTORATUS,

Summiſque in UTROQUE JURE Honoribus & Privilegiis ritè ac legitimè conſequendis,

Eruditorum examini ſubjicit

PETRUS VANDEN BERGH, LUGD. BAT.

Ad diem 19. *Novemb. horâ locôque ſolitis.*

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud ABRAHAMUM ELZEVIER,

Academiæ Typographum. MDCXCIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
323 C 51

Conſultiſſimo, Ampliſſimo, VIRO

D. JOHANNI VAN DEN BERGH J. U. D. hujus urbis Senatori; Illuſtriſſimis, D. D. Curatoribus Academiæ Lugdunenſis à Secretis; Redituum Eccleſiaſticorum Quæſtori &c. Fratri ſuo Plurimum honorando.

UT ET

Graviſſimis, Spectatiſſimiſque VIRIS

D. PHILIPPO COSSON, Mercatori apud Amſtelodamenſes Vigilantiſſimo.

D. PETRO COSSON, Medicinæ Doctori hujus urbis ordinario practico, Feliciſſimo, expertiſſimo.

D. ABRAHAMO COSSON, in Amſtelodamenſi civitate Mercatori prudentiſſimo.

D. JOHANI LE PLA, Mercatori in hac civitate ſolertiſſimo, per mare Mediterraneum negotiationis & navigationis directori prudentiſſimo.

D. JOHANNI CINGELSHOEK J. U. D. & hujus Urbis Scabino.

Avunculis ſuis omni amore ac benevolentiæ ſigno proſequendis.

D. GERARDO DE MUNT J. U. D. Nobiliſſimis & Prudentiſſimis Scabinis ab actis, Viro Strenuo, prudenti, Cognato ſuo: Omni honore ac benevolentia colendo.

NEC NON

Viris Virtute & Prudentia Conſpicuis

D. JOHANNI VOET, J. U. D. ejuſdemque Facultatis in Academia Lugduno-Batava Anteceſſori Ordinario, Præceptori ſuo, & Promotori, omni honore proſequendo.

D. JACOBO GRONOVIO, J. U. D. Eloquentiæ & Hiſtoriarum Profeſſori ordinario, quondam Præceptori ſuo acutiſſimo, ſemper honorando.

D. LUCÆ VAN RIJP, Medic. Doct. & gymnaſiii hujus urbis directori prudentiſſimo, præceptori ſuo graviſſimò, omni debita reverentia colendo.

Hanc diſputationem

D. D.

PETRUS VANDEN BERGH,
Auctor & Reſpond.

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
323 C 51

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS

DE

ACCUSATIONIBUS DELATIONIBUS ET INSCRIPTIONIBUS.

§. I.

Generaliter omnis detectio rectè accuſatio poteſt vocari; licet nonnunquam tam de civilibus quam criminibus cauſis communiter uſurpetur. Proprie tamen, tantum de criminibus uſurpatur detegendis; & partes duntaxat ſunt accuſatoris, cum lex eas definiat, demonſtrare facinus patratum eſſe, rectè ait *Ariſtoteles in Rhet. ad Alex. ubi* agit de genere judiciali. Accuſatio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
323 C 51

nem crimen præcedere neceſſe eſt, quod accuſetur: cum longè differat ab exprobatione, quemadmodum optime id docet, *Cicero pro M. Cælio: aliud, inquit, eſt maledicere, aliud accuſare. Accuſatio crimen deſiderat, rem ut definiat, hominem ut noret, argumento probet, teſte confirmet. Maledictio autem nihil habet propoſiti præter contumaciam; quæ ſi petulantius jactatur, convitium: ſi facetius, urbanitas nominatur.* Diximus, accuſationem eſſe delictorum: ut ſc. oſtendamus id fieri ad ultionem conſequendam. *l. non ignorat C. his qui accuſ. poſſ.*

II.

Accuſatio eſt duplex; alia ſecreta alia publica. Secreta, alia interior; alia exterior. Exterior eſt reprehenſio privata ad correctionem. Interior conſcientiæ cujuſquè eſt.

Conſcientia ipſa quemque apud Deum accuſat, cum quiſquè cogitat, ſe quid contra legem Dei cmomiſiſſe, quod pœnam meretur. *Proverb.* 18. *Pſalmographus* 31. *dixi confitebor adverſus me injuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti inpietatem peccati mei.* Vocatur hæc accuſatio interior; qua nemo tenetur ſemet ipſum accuſare ac deferre ad forum contenſionum. Et quod magis eſt: ne teſtis quidem de ſuo ipſius crimine interrogandus, & licet interrogatus ſit, non tenetur reſpondere.

Bartolus ad l. 3. *num.* 3. *de teſtib.* Cæterum, non nunquam accidit, ut poſſint rei occultorum criminum crimina ab ipſis commiſſa fateri: quod ſcil. fit per tormenta, quæſtiones. *tot. tit. ff. C. de quæſtionibus.* Id tamen duntaxat locum ſibi vindicat, ſi aliis probationibus aut indiciis ferè de ipſo crimine conſtat: quippè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
323 C 51

quippè ſine quibus nemo torqueri poteſt. *l. 1. C. de quæſtionib.*

X.

Accuſatio criminis duplex eſt; una quæ fit ſecundum Evangelium delinquenti, ut meliorem vitam ampleƈtatur, ſequè in poſterum corrigat: altera eſt, quæ fit ipſi judici, ut reos puniat ad exemplum auƈtoritate publica; Prior tamen accuſatio, non proprie accuſatio dici meretur: cum potius poſſit vocari monitio. Quæ privatim fit ad emendationem & correƈtionem, quæ ipſam excommunicationem procedit; ut extat *Matth. cap.* 18. *ſi peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum. Quod ſi te non audiverit, adhibe duos vel tres teſtes tecum. Quod ſi nec tunc ſe corrigat, dic Eccleſiæ: ſi neque Eccleſiam audiverit, ſit ethnicus & publicanus.* Quemadmodum in civilibus cauſis, antequam adverſarius ad judicem vocatur, interpellatio & monitio extra judicialis neceſſaria eſt. *Zypæus notitia jur. Belg. Hugo Grotius de jure belli ac pac. lib. 3. cap. 3. §. 6. num. 2. 3. 4. c. 33. ff. de uſur. Coraſius lib. 2. miſcellan. jur. c. 6. num. 6. Alciatus ad l. 40. ff. de verbor. ſignificationib.* Non mirum eſt, idem obtinere in denuntiatione, quæ fit ad correƈtionem & emendationem.

IV.

Reſtat videre qui accuſant publicorum criminum reos. Iſti vulgo olim appellabantur delatores; quibus inquirendi crimina jus competebat, etſi ipſorum nihil omnino intereſſet. *C. inquiſit. §. 1. x. de accuſat. tot. tit. C. delatorib.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
323 C 51

ſunt, qui te accuſant? Qua reſpondente; nemo. Domine. Replicavit Chriſtus: ſi nemo te accuſat: ne ego te condemno. Cum itaque Chriſtus id noluerit: ſequitur multo magis, id judici non eſſe permiſſum; etenim reſpondendum eſt: id exemplum ad rem nihil omnino pertinere. Nam ideo noluit Chriſtus adulteram condemnare: non quod ſine accuſatione nemo damnari non poſſit: ſed quia exiſtimabat non eſſe ſui officii, ut ageret judicem politicum: tum etiam quia *non in mundum venerat, ut judicaret mundum: ſed ut pro peccatis ſatisfaceret, ſicque mundum ſervaret.. 1. Petr. cap. 4. verſ.* 3. 5. 15. Inſuper non contrariatur *l. 6. §. ff. 2. de munerib & honorib.* nam reſpondeo. Jure Conſultum, non vetare, facinoroſum ſine accuſatore puniri: ſed tantum prohibere antequam reus delatus ſit, interim ab honoribus eum arcere. *l. unic. C. de reis poſtulat.* Præterea non movet *l. 6. ff. de cuſtodia reor.* quandoquidem dicendum ſenſum legis hunc eſſe: non ita fidem adhibendam delatoribus, crimen differentibus, ut ex ſola ipſorum denuntiatione reus ſine ulteriori inquiſitione condemnetur: ſed potius, ut reus iterum audiatur, omniaque ante ſententiam accuratius perſcrutentur. *l.* 14. *C. de accuſationib.* Idque etiam eſt, quod extat *in l. 7. C. eod.* ſic perpenſo judicio debere deſpici; falſis nec ne quis inſimulatus ſit. Denique non obſtat noſtræ ſententiæ; quod omne juditium tres perſonas exquirat ſc. judicem, actorem & reum, *per l. 6. ff. de judic. c.* 10. x *de verbor. ſignificationib.* Ad illud argumentum ſic reſpondendum eſt: licet magiſtratus ex officio in delinquentes inquirat; & per conſequens duabus tantum perſonis, reo ſc. & judice conſtare: revera tamen ex tribus conſiſtit: quia fama accuſatoris perſonam repræſentat; quam præcedere neceſſe eſt in-

qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
323 C 51

quiſitionem. Rumor & fama ſæpe judici dant cauſam in crimina inquirendi. Idque eſt, quod vulgo dici ſolet: inquiſitionem præcedere clamoſam denuntiationem. *inquiſitionis §. tertia X. de accuſationib.* Non enim in diffamatione ſuborta, & fama præcedente, expectatur accuſator, alius ſed duntaxat probatio clarior ac dilucidior. Ceterum hic probe notandum; quædam eſſe quæ judici clara & manifeſta ſunt; aliis tamen ignota. Quædam, quæ non nota judici; aliis vero manifeſta. Quædam & judici & aliis ſimul aperta. Primo caſu ſuo accuſatore & legitimis probationibus judex non poteſt reum condemnare: quia ſimul & judicis & accuſatoris perſonam ſuſtineret; quod manifeſto legibus civilibus contrariatur. Secundo vero caſu: ſc. ſi delicta judici ignota, & aliis nota, punire poteſt reum. Tertio caſu plectit reum, nulla procedendi forma ordinaria obſervata.

VI.

Edictum de accuſando eſt, non prohibitorium: ſiquidem, quibus non interdicitur, cenſetur permiſſum. Prohibentur tamen quidam accuſare, primo ob delictum commiſſum: ob ſexum; ob ætatem; aliaſque ob cauſas, quas poſtea tractaturi ſumus. Nam quorum vita aliaque Labe eſt infecta aut culpabilis, accuſatio ipſis eſt interdicta legibus.

Prohibentur quoque accuſare; qui turpem quæſtum excercent; viles perſonæ, qui ludicram artem exercuerunt, vel in arena depugnarunt. Denique & illi omnes, tantum admittuntur, quos optime hic refert *Cicero 5. in verrem. omnes, qui alterum nullis impulſi injuriis; nulla privatim læſi injuria; nullo præmio adducti in*

 judi-

judicium Reipub. cauſa vocant, providere debent, non ſolum quid oneris in præſentia tollant, ſed etiam quantum in omnem vitam negotii ſuſcipere conentur: legem ſibi inducunt innocentiæ, virtutumque omnium, qui ab altero vitæ rationem repoſcunt: atque eo magis, ſi id, ut antea dixi, faciunt, nulla re commoti alia, niſi utilitate communi. Nam qui ſibi hoc ſumſit, ut corrigat mores aliorum, peccata reprehendat, quis hunc ignoſcat, ſi qua in re, ipſe à religione officii declinaverit. Eodem pertinet & illud *Demoſthenis. Qui alios* inquit, *accuſare debebit, eum oportet eſſe integræ famæ. ne reus elabatur, cum nihil auctoritatis ad accuſationem adferat.* Cum itaque gravata eſt alicujus opinio, is rectiſſime à cauſarum criminalium teſtimonio & accuſatione repellitur: cum poſſit objici illud Horatii.

Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Quam aut aquila, aut ſerpens Epidaurus?

Propter ætatem accuſare non poſſunt pupilli: licet illi ex conſilio neceſſariorum, tutorum [redacted] injuriam poſſunt perſequi. Permittitur etiam ipſis de patris teſtamento vitiato & corrupto accuſationem inſtituere, *l. 5. C. qui accuſ. non poſſ. l. 4. C. de auctoritate præſtand.* Idem juris eſt in crimine majeſtatis. *l. 8. ff. ad l. Jul. majeſtat.*

VII.

Ob paupertatem etiam repelluntur ab accuſatione illi, qui non habent in bonis quinquaginta aureos vel centum Idque ob ſuſpicionem corruptionis: cogit eum paupertas ad illicita. Recte *Martialis: O quantum cogit egeſtas. Horatius.*

Magnum pauperies opprobrium jubet,
Quidvis & facere & pati,
Vir tutiſque viam deſerit arduæ.

Poſt-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
323 C 51

Poſtea tamen receptum eſt, cum probitas & vitæ integritas non ex divitiis aut nummis pendeat; ut eadem fides tam pauperi quam diviti habeatur. Quamvis eum quis pauper, attamen fidelis & diligens eſſe poteſt. *§. fin. I. de ſuſpect. tutorib.*

VIII.

Ob delictum accuſare prohibentur infames. *l. 17. C. qui accuſ. non poſſ.* Idque ſine dubio de infamia juris non facti intelligendum eſt. Eodem refert eos qui de calumnia ſunt ſuſpecti: quales ſunt qui falſum teſtimonium dixerunt.

IX.

Ob ſexum prohibentur fœminæ; niſi ſuam ſuorumve injuriam perſequantur. *l. 12. ff. de accuſationib l. de crimine C. qui accuſ. non poſſ.* Omnes ſiquidem ab accuſando repelli debent, qui affectione aliqua amicitiæ vel odii laborant. *Mulier enim aut amat aut odit; nihil datur tertium;* uti vulgo dici ſolet Itaque accuſatorem firmum, ſine odio aut invidia eſſe oportet; nec variantem aut deſiſtentem ab accuſatione. *l. 1. § 1. ff. ad ſc. Turpillian* quia etiam mulieres conditionis deterioris ſunt maſculis; unde etiam actus judiciales ipſis interdicti ſunt; ut judicandi, etiam cauſas agendi: Idque à tempore Calphurinæ, quæ cauſam huic edicto dedit; quæ inſignis impudentiæ fuit, ſexuſque mulieris verecundiam egrediens, aſſiduis latratibus forum inceſtans: quemadmodum extat apud *Valer. maximum lib. dic. 3.* Non hic obſtat, geſta mulierum ſæpe fuiſſe proſpera; uti exſtat apud *Iuſtinum, Pomponium Melam,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
323 C 51

alios. Siquidem reſpondemus; ea quæ raro accidunt, non conſiderari; aut de iis legem mereri; *l.* 3. 4. 5. *ff. de legib.* Et cum hæc rara & multis periculis obnoxia, non ſunt mutanda. Quid enim aliud à muliere expectandum, quam peſſima conſilia: cum modus nullus mulierum, teſte *Plauto.* Ratio tamen, quare mulieribus liceat accuſare, ſi ſuam ſuorumque injuriam perſequuntur, eſt hæc: quia ſc. eo caſu præſumuntur ad accuſandum venire, non leviter, ſed conſulto. Idem obtinet in crimine læſæ majeſtatis: quo caſu tamen non audiuntur mulieres ut accuſatrices; ſed ut delatrices: quod videtur poſſe probari ex verbis *Papiniani in l.* 8. *ff. ad l. Iul. Majeſtat.* ubi ait: *in quæſtionibus læſæ majeſtatis etiam mulieres audiuntur.* Idque demonſtrat exemplo; dum ait: *Conjurationem denique Lucy Catalinæ Fulvia mulier detexit, & M. Tullium conſulem in judicium ejus inſtruxit.* Et unde illa id ſciverit, refert *Saluſtius*: habebat ſtupri conſuetudinem cum Curio conjurationis Catilinariæ conſorte; à quo, cum multa de conjuratione audiiſſet, quantumque periculi Reip. immineret, Ciceroni id indicavit; qui omnes conjurationis ſocios Catilinæ prævenit. Non tamen receptum eſt, ut mulier virum de adulterio poſſit accuſare. *l.* 1. *ad l. Iul. de adulter.* Idque non tantum conſtitutum fuit jure novo civili, ſed etiam veteri, *ſc. l.* XII. *Tabular. quia in adulterio uxorem ſi deprehendiſſet, ſine judicio impune necares: illa te ſi adulterares, digito non poſſet contingere.* Lex tamen Chriſtiana in utroque conjuge idem conſtituit.

X.

Quæ antea à nobis dicta ſunt, proprie pertinent ad per-

perſonas qui accuſare poſſunt vel non: quare nunc progrediendum ad ordinem ipſius proceſſus. Qui igitur alium accuſare vellet, deferebat ad prætorem, vel ad eum qui cauſis criminalibus præerat, nomen ipſius rei, petens, ut inter eos reciperetur. Si vero reus præſens eſſet, ducebatur ad prætorem: ſi non, delato nomine, atque inſcriptione facta reus in jus vocabatur. *Seneca: ducit illum ad Tribunal Æaci, is Lege Cornelia, quæ de Sicariis lata eſt, quærebat. Poſtulati nomen ejus recipit. Edit ſubſcriptionem, Occiſos Senatores triginta. Equites Romanos* CCCXV. *atque plures.*

X I.

Supereſt, ut de inſcriptione agamus; definitur inſcriptio, profeſſio accuſatoris, qua dicit ſe in hunc vel illum illius criminis accuſationem inſtituere. Forma qua id fieri ſolet; eſt libellus, qui judici porrigitur. *l.* 3. *C. de accuſationib. l.* 3. *C. de his qui accuſ. non poſſ.* Inſcriptione peracta, jungitur ſubſcriptio, qua is qui libellum accuſationis porrigit, teſtatur, ſc. id profeſſum eſſe: quia ſubſcriptione ſc. ad pœnam talionis adſtringit. *l.* 7. *&* § 1. *ff. de accuſation, & inſcription.* Hinc ſatis clare elucet, multum differre inſcriptionem & ſubſcriptionem: licet nonnunquam promiſcue ſumantur: ut *in l. fin ff. de furt. l.* 2. *C. ad ſc. Turpillian.* ſubſcribere etiam dicuntur advocati, qui ſe accuſatori jungunt, quemadmodum docet *Aſconius Pædianus in Cic. verrem. Subſcriptores* inquit, *dicuntur qui adjuvare accuſatorem cauſidici ſolent: quos oportet ſubmiſſius agere, quam dicat ille, quem ſequuntur.* Ratio vero, cur accuſator inſcribere tenebatur, ſeque ad pœnam talionis obligare; erat hæc: ne ſc. quis temere ad accuſandum

pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
323 C 51

proſiliret, cum accuſatori jam cognitum ſit ex inſcriptione ſe ad pœnam talionis ſe obligare: Hoc eſt, ſi non crimen probet, eandem pœnam ſe debere ſubire. Excipe tamen caſum; quo ſubſcriptio remittitur: ut ſi maritus accuſet uxorem de adulterio. *l. jure mariti. C. ad l. Iul. de adulter.* Altera inſcriptionis ratio eſt; ut eo citius & maturius, & cum majori ſolennitate negotium tractaretur, cum magnum verſetur periculum. Proinde ordine tractanda eſt cauſa, cum de vita hominis agatur *l. 1. §. ſed et ſi. ff. de Carboni id l. addictos C. de epiſcop. audient.* Utilius enim reum abſolvi, quam innocentem condemnari: cum impediri malam rem ſit melius, quam concedi male; uti recte ſentit *Tullius lib. de legibus tertio.*

F I N I S.

AD

AD

Ornatiſſimum Juvenem,

PETRUM VAN DEN BERGH,

Cum

Patria in Academia

J. U. Doctor crearetur.

Simpliciter Tua, PETRE, mihi ſunt Gaudia melli,
Triſtia ſed felli, quæ Tibi, quæque Tuis.
Ingemui Fatis Præclari Conſulis, annos
Veſtro optans plures, heu! Patriæque Patri.
Qui me præcipuo cum ſit dignatus amore,
Perpetuus noſtro pectori inhæret Amor.
Caſta Fides, Frons recta Viri, gratiſſima Civi,
Dum memor ipſe ſui, dum Pietatis, erit.
Hoc Sancti docuere Patres, Genitore parati
Defuncto Natum reddere, Leida, Tibi.
Sic bene ſit Veſtris, Illuſtria Lumina, Natis!
In Faſtis niteant Nomina Veſtra diu!
JANUS BERGIADES, claro digniſſimus Ortu,
Adcitur Patriæ Sacra replere vicis.
Hoc juvat, atque gravem lenit nova cauſa dolorem;
Certum præſidii pignus & omen habet.
Senſiſti, DOCTOR, ſtimulum; feſtinus adornas

De-

Dehinc iter, & rupta vis celer ire mora.
Indolis exarſit generoſæ Maſculus ignis,
Dum bona perſequeris, dum nocitura caves.
Decurris ſtadium, Caput & præcingere Lauro,
Plauſibus & Votis Læta Theatra ſonant.
Lætor ovans, tituluſque novi me incendit Honoris,
Nec me paſſa Tuum Clara ſilere Dies.
BERGIADE, macte eſto iſthac Virtute, Patrique
Æmulus & Fratri, Principibuſque place.
Lætor ovans, Laudeſque Deo, COSSONIA Mater,
Multus ago. Fugiunt atra, ſerena micant.
His fruere, & Longæva Tuis vide reddita Tectis
Lumina per Natos, quæ dabat ante Parens.

LUCAS VAN RIJP.

Flo-

FLORENTISSIMO

ET

Venuſtate morum Elegantiſſimo

Juveni

D. PETRO VAN DEN BERGH,

In Juriſconſultorum Ordinem

COOPTATO.

Applauſus noſtros ſtudiorum ſumma Tuorum,
Amice BERGI, ſuſcitat:
Debeturque Tibi, redimito tempora lauru,
Solennis acclamatio.
Qui decoris nunc ſurgit apex; quod culmen honoris,
Gradumque quem ſcientiæ
Egregius victor ſuperas, præmonſtrat apertam
Ad altiora ſemitam.
Auguror: & faciet, quô ſim veriſſimus augur,
Tua indoles dexterrima;

C Donec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
323 C 51

Donec eris Patrii non ſanguinis immemor, heres
Eris Paternæ gloriæ,
Illuſtriſque domus ſpes, exſpectatio, lumen,
Ad Fratris inſtar optimi.
Donec virtuti dignæ ſua Præmia ſtabunt,
Merceſque bene merentibus,
Laus & fama Tuæ ſtabit non ultima genti,
Decuſque creſcet indies.
Sic certè mecum Tu, LEIDA, precaris & optas,
Florere ſemper BERGIOS.

JOANNES JENS.

2H

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
323 C 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
323 C 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
323 C 51